



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romæ, 1619**

De impedimento voti & ordinis. Quæstio 53.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

Ad primum ergo dicendum, quod quamvis pater sit dignius principium matris, tamen mater dat substantiam corporalem: ex parte cuius attenditur conditio seruitutis.

Ad secundum dicendum, quod in his quæ ad rationem speciei pertinent, magis assimilatur filius patri, quam matri: sed in materialibus conditionibus magis debet assimilari matri, quam patri: quia res habet a forma, esse specificum; sed conditiones materiales a materia.

Ad tertium dicendum, quod filius assimilatur patri ratione formæ, quam habet in sui complemento, sicut & pater: & ideo ratio non est ad propositum.

Ad quartum dicendum, quod quia honor filij magis est ex patre, quam ex matre, ideo in genealogiis in Scripturis, & secundum communem consuetudinem, magis nominantur filij a patre, quam a matre: tamen in his quæ ad seruitutem spectant, magis matrem sequuntur.

## QVÆST. LIII.

De impedimento voti & ordinis, in quatuor articulis diuisa.

**D**inde considerandum est de impedimento voti & ordinis.

¶ Circa quod quærentur quatuor.

¶ Primo, utrum votum simplex matrimonium dirimat?

¶ Secundo, utrum votum solemne?

¶ Tertio, utrum ordo matrimonium impediat?

¶ Quarto, utrum aliquis post matrimonium, sacrum ordinem suscipere possit?

## ARTIC. I.

¶ *Utrum per obligationem voti simplicis matrimonium contractum dirimi debeat?*

**A**d primam sic proceditur. Videtur, quod per obligationem voti simplicis matrimonium contractum dirimi debeat. Fortius enim vinculum debetiori præiudicat, sed vinculum voti est fortius quam vinculum

312  
Tho. 4. d.  
38. q. 1.  
ar. 3. q. 2  
et. 3. ar. 1  
sus. extra  
qui cleri.  
vel wo.  
despes.

vinculum matrimonij : quia hoc fit homini, illud autem Deo. Ergo vinculum voti præiudicat vinculo matrimonij.

¶ 2 Præterea, Præceptum Dei non est minus, quàm præceptum Ecclesiæ. Sed præceptum Ecclesiæ adeo obligat, quòd si contra ipsum, matrimonium contrahatur, dirimitur; sicut patet de illis qui contrahunt in aliquo gradu consanguinitas ab Ecclesia prohibito. Ergo cum se, ut are votum sit præceptum diuini, videtur quòd qui contra votum, matrimonium contrahit, ex hoc matrimonium sit dirimendum.

*\* de qua sequens quæst.*

¶ 3 Præterea, In matrimonio potest homo uti carnali copula sine peccato. Sed ille qui facit votum simplex castitatis, numquam potest carnaliter vxori commisceri sine peccato. Ergo votum simplex matrimonium dirimit. Probatio mediæ constat, quòd qui post votum simplex continentie matrimonium contrahit, peccat mortaliter: quia secundum Hieronymum \*, virginitatem vouentibus non solum carere, sed velle nubere damnabile est. Sed contractus matrimonij non est contra votum continentie nisi ratione carnalis copulæ. Ergo quando primo carnaliter commiscetur vxori, mortaliter peccat, & eadem ratione omnibus alijs vicibus; quia peccatum primo commissum non potest excusare à peccato sequenti.

*refertur in dec. d. 27. c. Vo. uentibus, et id habet Aug. de bona viduitate, c. 9. 10. 4.*

¶ 4 Præterea, Vir & mulier in matrimonio debent esse pares, præcipue quantum ad carnalem copulam. Ille qui votum simplex continentie facit, numquam potest petere debitum sine peccato: quia hoc manifeste contra votum continentie, ad quam ex voto tenetur. Ergo nec reddere potest sine peccato.

*in decre. lib. 4. tit. 1. quod clerici uent. c. 1. Consu. ut.*

¶ 5 SED contra est, quod Clemens Papa \* dicit, quòd votum simplex impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. RESPONDEO dicendum, quòd per hoc res aliqua potest esse in potestate alicuius, per quod transiit in potestatem alterius. Promissio autem alicuius rei



non transfert eam in dominium eius, cui promittitur; & ideò non ex hoc ipso quòd aliquis rem promittit aliquam, definit res illa esse in potestate sua.

Cùm ergo in voto simplici non sit nisi simplex promissio proprii corporis, ad continentiam Deo servandam facta; post votum simplex adhuc remanet homo dominus sui corporis: & ideò potest ipsum alteri dare, scilicet uxori; in qua datione sacramentum matrimonij consistit\*, quòd indissolubile est. Et propter hoc votum simplex, quamvis impediatur matrimonium contrahendum, quia peccat contrahens matrimonium post votum simplex continentia; tamen quia verus contractus est, non potest matrimonium per hoc dirimi.

Ad primum ergo dicendum, quòd votum est fortius vinculum, quam matrimonium, quantum ad id cui, & ad quod obligat. Quia per matrimonium obligatur homo uxori ad redditionem debiti; sed per votum, Deo, ad continentiam. Tamen quantum ad modum ligandi, matrimonium est fortius vinculum, quam votum simplex: quia per matrimonium traditur actualiter vir in potestatem uxoris, non autem per votum simplex, ut dictum est\*. Porro autem est semper conditio possidentis: sed quantum ad hoc simili modo obligat votum simplex sicut sponsalia: unde propter votum simplex sunt sponsalia dicitur menda.

Ad secundum dicendum, quòd præceptum prohibens matrimonium inter consanguineos, non habet in quantum est præceptum Dei vel Ecclesie, quòd dirimat matrimonium contrahendum; sed in quantum facit, quòd consanguinea corpus non potest transire in potestatem consanguinei. Hoc autem non facit præceptum prohibens matrimonium post votum simplex, ut ex dictis\* patet. Et ideò ratio non sequitur: ponitur enim pro causa quòd non est causa.

Ad tertium dicendum, quòd ille qui contrahit matrimonium per verba de presenti post votum simplex

*in corp.  
artic. 1.  
ad 1.*

... non potest cognoscere uxorem suam sine peccato mortali : quia adhuc restat sibi facultas implendi votum continentie ante matrimonium consummatum . Sed postquam matrimonium consummatum est , est sibi iam factum illicitum non reddere debitum uxori exigenti ; ex culpa sua . Ideo ad hoc obligatio voti non se extendit , ut prædictis \* patet : tamen debet per lamentum continentie recompenfare pro continentia non seruata .

*in corp. art.*

Ad quartum dicendum , quod quantum ad ea , in quibus non est factus impotens votum continentie seruare , adhuc post contractum matrimonium obligatur ad seruandum : propter quod mortua uxore tenetur totaliter continere : & quia ex matrimonij vinculo non obligatur ad debitum petendum ; ideo non potest petere debitum sine peccato , quamuis possit sine peccato reddere debitum . Ergo , postquam obligatus est ad hoc per carnalem copulam præcedentem . Hoc autem intelligendum est , siue mulier expresse petat , siue interpretatur : quando mulier verecunda est , & vir sentit voluntatem de redditione debiti : tunc enim peccato reddere potest , & præcipue si ei timeret periculo castitatis . Nec obstat , quod non sunt in matrimonij actu : quia quilibet potest hoc ad suum est , abrenunciare . Quidam tamen dicunt , quod potest & petere & reddere , ne nimis profolium reddatur matrimonium uxori semper exigenti . Sed si recte inspiciatur , hoc est exigere interpretatiue .

213

*c. rursus, qui clerici. vel uen. c. uen. c. ex rum. c. ex publ. co. de iouer. coniug.*

ARTIC. II.

*Quid si votum solenne dirimat matrimonium iam contractum?*

Ad secundum sic proceditur . Videtur , quod nec votum solenne dirimat matrimonium iam contractum . Quia sicut Decret. \* dicit , Apud Deum solennius obligat votum simplex , quam solenne . Supplementum .

Ff Sed

Sed matrimonium acceptione diuina stat & dirimitur. Ergo cum votum simplex non dirimat matrimonium, nec votum solemne dirimere poterit.

¶ 2 Præterea, votum solemne non addit ita validum robur supra votum simplex, sicut iuramentum. Sed votum simplex, etiam iuramento superueniente, non dirimit matrimonium contractum. Ergo nec votum solemne.

¶ 3 Præterea, votum solemne nihil habet, quod non possit votum simplex habere: quia votum simplex posset habere scandalum, cum possit esse in publico, sicut & solemne; similiter & Ecclesia posset & deberet statuere quod votum simplex dirimat matrimonium contractum, ut multa peccata vitarentur. Ergo qua ratione votum simplex non dirimit matrimonium, nec votum solemne dirimere debet.

SED contra est, quod ille qui facit votum solemne contrahit matrimonium spirituale cum Deo: quod est multo dignius quam materiale matrimonium. Sed materiale matrimonium prius contractum, dirimit matrimonium post contractum. Ergo & votum solemne.

li. 4 sent.  
d. 38. § B

¶ Præterea, Hoc idem etiam probari potest per multas auctoritates, quæ ponuntur in littera.  
RESPONDEO dicendum, quod omnes dicunt, quod sicut votum solemne impedit contrahendum; ita dirimit iam contractum. Quidam autem assignant pro causa, scandalum. Sed hoc nihil est, quia etiam simplex votum quandoque habet scandalum, cum sit quoddammodo publicum. Et præterea inhabilitas matrimonij est de veritate vitæ, quæ non est propter scandalum dimittenda. Et ideo alij dicunt, quod hoc est, propter statutum Ecclesie. Sed hoc etiam non sufficit: quia secundum hoc, Ecclesia posset etiam contrarium statuere; quod non videtur verum. Et ideo dicendum est cum alijs, quod votum solemne ex sui natura habet, quod dirimat matrimonium contractum, in quantum scilicet per ipsum homo sui corporis amisit potestatem, Deo illud ad perpetuam

continentiam tradens: & idèd non potest ipsum trahere in potestatem vxoris, matrimonium contrahendo. Et quia matrimonium quod sequitur tale votum, nullum est; idèd tale votum dirimere dicitur matrimonium contractum.

Ad primum ergo dicendum, quòd votum simplex, quo ad Deum dicitur non minus obligare, quàm solemne; in his quæ ad Deum spectant, sicut est separatio à Deo per peccatum mortale: quia mortaliter peccare frangens votum simplex, sicut solemne, quamuis grauius sit peccatum frangere votum solemne: vt sic comparatio in genere accipiat, non in determinatione reatus. Sed quantum ad matrimonium, quod quod homo homini obligatur; non oportet quòd æqualis obligationis, etiã in genere: quia ad quædam obligat votum solemne, & non simplex.

Ad secundum dicendum, quòd iuramentum plus obligat ex parte eius ex quo fit obligatio, quàm votum solemne plus obligat quantum ad motum obligandi, in quatum actualiter tradit hoc, quòd committitur; quod non fit per iuramentum. Et idèd sequitur ratio.

Ad tertium dicendum, quòd votum solemne habet æqualem exhibitionem proprii corporis, quam non habet votum simplex, vt ex dictis \* patet: & idèd ratio ex insufficienti procedit.

ar. 1. huius quæst.

ARTIC. III.

*Utrum ordo impediat matrimonium?*

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quòd ordo non impediat matrimonium. Quia nihil impedit nisi à suo contrario. Sed ordo non est contrarius matrimonio, cum vtrumque sit sacramentum. Ergo non impedit ipsum.

214  
Tho. 4. d. 37. q. 1. ar. 1. c. seq.

Præterea, Idem ordo est apud nos, & apud Ecclesiam Orientalem. Sed apud Ecclesiam Orientalem non impedit matrimonium. Ergo, &c.

c. 1. extra de clericis iung.

Præterea, Matrimonium significat coniunctionem Christi & Ecclesie. Sed hoc præcipue congruit

Et 2 signi-

significari in his, qui sunt ministri Christi, scilicet in ordinatis. Ergo ordo matrimonium non impedit.

¶ 4 Præterea, Omnes ordines ad spiritualia ordinantur. Sed ordo non potest impedire matrimonium nisi ratione spiritualitatis. Ergo si ordo impedit matrimonium, quilibet ordo impedit; quod falsum est.

¶ 5 Præterea, Omnes ordinati possunt Ecclesiastica beneficia habere, & privilegio clericali gaudere aequaliter. Si ergo propter hoc ordo matrimonium impedit, quia vxorati non possunt habere beneficium Ecclesiasticum, nec gaudere privilegio clericali, ut Jurista \* dicunt; tunc quilibet ordo impedire deberet: quod falsum est, ut patet per Decretum Alexand. de cler. conjugatis: & sic nullus ordo videtur) matrimonium impedit.

SED contra est, quod Decret. § dicit, Qui in subdiaconatu, & alijs superioribus ordinibus vxorati accepisse noscuntur, eos vxores dimittere compellat. Quod non esset si esset verum matrimonium.

¶ Præterea, Nullus vouens continentiam, potest matrimonium contrahere. Sed quidam ordines habent qui habent votum continentie annexum, ut ex hoc patet. Ergo talis ordo matrimonium impedit.

RESPONDEO dicendum, quod ordo sacerdotum sui ratione habet ex quadam congruentia, quod matrimonium impedire debeat: quia in sacris ordinibus constituti, sacra vasa & sacramenta tractant, & hoc decens est, ut munditiam corporalem per continentiam seruent. Sed quod impedit matrimonium, ex constitutione Ecclesie habet, tamen aliter apud Latinos quam apud Græcos: quia apud Græcos, impedit matrimonium contrahendum, solum ex vi ordinis; sed apud Latinos, impedit ex vi ordinis, & vt prius ex voto continentie, quod est ordinibus sacris annexum: quod etiam si quis verbo tenus non emittat, ex hoc ipso tamen quod ordinem suscipit sequitur ritum Occidentalis Ecclesie, intelligitur continere.

¶ a. quod  
autem et  
c. ex parte  
de cler.  
conjugat.  
¶ in dicto  
c. de cler.  
conjug.  
li. 4 sent.  
d. 35 §.  
A.

se. Et  
ordo in  
men n  
matrimo  
matrimo  
mentale  
nonij v  
more v  
non pot  
modo au  
tunc &  
Ad pr  
acer non  
tantum  
tam qua  
ordines  
Ad se  
in talis  
contrahe  
matrimo  
Ad ter  
dum ter  
in quib  
adhib  
quã  
suo no  
Ad qu  
ordines o  
cur re  
es illi d  
immedia  
ex illi  
rum O  
nem c  
torem  
ex b  
ordini  
hoc  
Et per



Et ideo apud Græcos, & alios Orientales, sacer  
ordo impedit matrimonium contrahendum \*, non  
nemin matrimonij prius contracti vsu; possunt enim  
matrimonio prius contracto vri, quamuis non possint  
matrimonium denuo contrahere. Sed apud Occi-  
dentalem Ecclesiam impedit matrimonium, & matri-  
monij vsu, nisi forte ignorante, aut contradicente  
more vir ordinem sacrum susceperit: quia ex hoc  
non potest ei aliquod præiudicium generari. Quo-  
modo autem ordines sacri distinguuntur à non sacris,  
vnde & in primitiua Ecclesia, dictum est \*.

Ad primum ergo dicendum, quod quamuis ordo  
sacer non habeat contrarietatem ad matrimonium, in  
quantum est sacramentum: habet tamen repugnan-  
tiam quamdam ad ipsum, ratione actus sui, qui spi-  
rituales actus impedit.

Ad secundum dicendum, quod obiectio procedit  
inuisibilis. Ordo enim vbique impedit matrimonium  
contrahendum, quamuis non habeat vbique votum  
conuexum.

Ad tertium dicendum, quod illi qui sunt in sacris  
ordinibus constituti, significant Christum nobiliori-  
bus actibus, prout ex dictis in tractatu de ordine pa-  
pali, quàm illi qui sunt matrimonio coniuncti: & ideo  
matrimonio non sequitur.

Ad quartum dicendum, quod illi qui sunt in mi-  
noribus ordinibus constituti, ex vi ordinis non prohi-  
bentur matrimonium contrahere: quia quamuis ordi-  
nes illi deputentur ad aliqua spiritualia, non tamen  
mediate habent accessum ad tractandum \* sacra,  
sicut illi qui sunt in sacris ordinibus. Sed secundum  
usum Occidentalis Ecclesie matrimonij vsus execu-  
tionem ordinis non sacri impedit, propter seruandam  
pauca ex honestatem in officijs ecclesie. Et quia ali-  
quid ex beneficio ecclesiastico tenetur ad executionem  
ordinis, & ex hoc ipso, priuilegio clericali gaudet:  
hoc apud Latinos clericis vxoratis aufertur.  
Et per hoc patet solutio ad vltimum.

Ff 3 AR-

vide de-  
cret. d. 31  
c. 15  
Amb. lib.  
1. offic. c.  
vlti. &  
ep. 82.  
† in de-  
cret. d. 32  
c. 18.  
\* q. 37.  
ar. 3.

decret. d.  
27. c. 6.

215

*Vtrum ordo sacer matrimonio possit superuenire?*

**A**D quartum sic proceditur . Videtur, quod matrimonio ordo sacer superuenire non possit. Quia fortius præiudicat minus forti . Sed fortius est vinculum spirituale, quàm corporale . Ergo si matrimonio iunctus ordinem suscipiat, præiudicium generabitur vxori, vt non possit debitum exigere : cum ordo sit vinculum spirituale, & matrimonium, corporale: & sic videtur, quod non possit aliquis ordinem sacrum suscipere post matrimonium consummatum .

¶ 2 Præterea, Post matrimonium consummatum vnus coniugum sine alterius consensu non potest continentiam vouere . Sed ordo sacer habet votum continentie annexum . Ergo si vir ordinem sacrum inuita vxore acceperit, cogetur vxor inuita continentiam seruare, quia non posset alteri nubere viuente viro .

¶ 3 Præterea, Etiam ad tempus, non potest vacare orationi sine consensu vxoris, vt habetur prima ad Cor. 7. Sed apud Orientales illi qui sunt in sacris constituti, tenentur ad continentiam temporario quo exequentur officium . Ergo nec ipsi possunt ordinari sine consensu vxorum; & multo minus Latini .

\* simile quid habet Hier. ep. 30. Et est in Epistola saphoræ bula . ¶ 4 Præterea \*, Vir & vxor ad paria iudicantur . Sed sacerdos Græcus defuncta vxore sua, non potest alteram ducere . Ergo nec vxor defuncto viro . Sed non potest sibi auferri facultas nubendi post mortem viri, per iuramentum . Ergo vir non potest suscipere ordines post matrimonium .

¶ 5 Præterea, Matrimonium, quantum opponitur ordini, tantum est conuerso . Sed ordo præcedens impedit matrimonium sequens . Ergo, &c.

SED contra, Religiosi tenentur ad continentiam, sicut illi qui sunt in sacris ordinibus. Sed post matrimonium potest aliquis religionem intrare, defuncta vel \* consentiente vxore. Ergo & ordinem suscipere.

\* de ret. lib. 3. tit. 32. c. 9.

¶ Præterea, Aliquis potest fieri seruus hominum  
 post matrimonium. Ergo & seruus Dei, per susceptio-  
 nem ordinis.

RESPONDEO dicendum, quòd matrimonium  
 non impedit ordinis sacri susceptionem: quia si ma-  
 trimonio iunctus ad sacros ordines accedat, etiam  
 nuptiamante vxore, nihilominus characterem ordinis  
 recipit, sed executione ordinis caret. Si autem vo-  
 uere vxore, vel ipsa defuncta; recipit ordinem &  
 executionem.

Ad primum ergo dicendum, quòd vinculum ordi-  
 nis soluit vinculum matrimonij, ratione redditionis  
 debiti, ex qua parte habet repugnantiam ad matri-  
 monium, ex parte eius qui suscipit ordinem: quia non  
 potest petere debitum, nec vxor ei tenetur reddere.  
 Non tamen soluit ex parte alterius: quia ipse tenetur  
 reddere debitum, si non posset eam inducere  
 ad continentiam.

Ad secundum dicendum, quòd si vxor sciat, & de  
 suo consensu vir ordinem sacrum susceperit, tenetur  
 perpetuam continentiam vouere: non tamen tenetur  
 religionem intrare, si sibi non timeat de periculo ca-  
 ritatis, propter hoc quòd vir eius solemne votum  
 non facit. Secus autem esset si emisisset votum simplex.  
 Si enim sine eius consensu susceperit, non tenetur:  
 quia ex hoc nullum sibi præiudicium generatur.

Ad tertium dicendum, quòd sicut probabilius vi-  
 detur (quamuis quidam contrarium dixerint), etiam  
 si vxor non debent accedere ad sacros ordines sine  
 consensu vxorum: quia ad minus tempore ministerij  
 fraudarentur debiti redditione, quo fraudari non  
 possunt secundum ordinem iuris, si eis contradicen-  
 tes aut ignorantibus viri ordines susceperint.

Ad quartum dicendum, quòd sic dicitur, eo ip-  
 so quòd mulier consentit apud Græcos, quòd vir suos  
 ordines suscipiat, obligat se ad hoc, quòd ipsa in-  
 de non nubit alteri: quia significatio matri-  
 monij non seruaretur, quæ in matrimonio sacerdo-

tis præcipue, exigitur: si autem sine consensu eius ordinatur, non videtur ad hoc teneri.

Ad quintum dicendum, quod matrimonium habet pro causa nostrum consensum, non autem ordo, sed habet causam sacramentalem determinatam à Deo. Et ideo matrimonium potest impediri ex ordine precedente, quod non sit verum matrimonium; non autem ordo ex matrimonio quod non sit verus ordo: quia sacramentorum virtus est immutabilis, sed actus humani possunt impediri.

## QVÆST. LIV.

De impedimento consanguinitatis, in quatuor articulos diuisa.

**D** Eince, considerandum est de impedimento consanguinitatis.

¶ Circa quod quærentur quatuor.

¶ Primo, utrum consanguinitas conuenienter à quibusdam definiatur?

¶ Secundo, utrum conuenienter distinguatur per gradus & lineas?

¶ Tertio, utrum de iure naturali matrimonium impediatur secundum aliquos gradus?

¶ Quarto, utrum gradus impediens matrimonium possint per statutum Ecclesie determinari?

## ARTIC. I.

Utrum definitio consanguinitatis sit competens?

216

Tho. 4. d.

40. q. vni

ca, ar. 1.

¶ seq.

**A** D primum sic proceditur. Videtur, quod definitio consanguinitatis, quam quidam ponunt sit incompetens, scilicet, Consanguinitas est vinculum ab eodem stipire descendendum, carnali propagatione contractum. Omnes enim homines ab eodem stipire, carnali propagatione descendunt, scilicet ab Adam. Si ergo recta esset prædicta definitio consanguinitatis, omnes homines essent ad inuicem consanguinei: quod falsum est.

¶ 2 Præterea, Vinculum non potest esse nisi inter quorum ad inuicem conuenientium: quia vinculum vnit. Sed eorum qui descendunt ab vno stipire, non